



SELECTARVM 105
JURIS QVÆ- 44
STIONUM

16378.

Ad faciliorem Paratitorum Wesenbecii intellectum directarum

DISPUTATIO VIII.

SUB PRÆSIDIO

Viri Amplissimi, & Consultissimi,

Dn. JOHANNIS OTTONIS TABORIS,
J. U. D. eiusdemque in Florentissima inclytæ Reipubl. Argentoratensis Universitate Professoris Publici, Patroni, Affinis ac Præceptoris sui, omni observantiæ & Amoris cultu obsequiosè colendi,

a

JOHANNE Lindener / Freibergâ-Misn.

In auditorio ICTORUM

Mensis Maij

Die horis antemeridianis

PROPOSITA.

ARGENTORATI,

Typis heredum Pauli Ledertz.

ANNO

M. DC. XXXVII.



201
Viris

*Nobilibus, Amplissimis, Consultissimis, Ex-
perientissimis Rerumq; usu præstanti-
simis,*

- Dn. PAUL O Pleißnern / Med. D. Sacr. Palat. Cæs. Com. Physico
apud Freibergenses longè dignissimo, experientissimo, suscep-
tori & Patrono meo, omni observantia cultu prosequendo.
- Dn. MICHAELI Calerto S.S. Th. Licentiato, Gymnasii Electo-
ris, quod Misenæ est, Rectori dignissimo, Evergetæ & Præce-
ptori meo apprimè colendo.
- Dn. ALBINO Ulmann / JC. Syndico & Practico ibid. celeberrimi-
mo, Promotori & Affini meo submissè colendo.
- Dn. JOHANNI Lindenern / Reip. Freibergens. Camerario fidelissi-
mo, Parenti meo sanctè & obsequiosè suspiciendo.
- Dn. CONSTANTINO Zimmermann / JC. Döbelensium Consuli
gravissimo, Mœcenati & Affini meo æternùm venerando.
- Dn. DAVIDI Lindenern / J.U.D. & Practico in Lipsiensium civi-
tate consultissimo, Promotori, Sobrino & Præceptori meo
ætatèm observando.
- Dn. JOHAN CASPARO Hörn / Med. Doct. Reip. Chemnicens.
Physico ordinario, experientissimo, Fautori & Affini meo
plurimùm honorando.
- Dn. HENRICO Schönleben / Senatori Freibergensi meritissimo,
Domino & Affini meo omni honoris studio excipiendo.
- Dn. MELCHIORI Zannenbergs / J.U. Cand. Senatori ibidem &
Practico solertissimo, Avunculo meo æterno cultu com-
plectendo.
- Dn. ZACHARIAE Zannenbergs / Mercatorī & Civi ibid. primario
Avunculo itidem meo, omni veneratione perpetim afficiendo.
- Exercitium hoc Iuridicum*

In
Debitæ submissionis arrham & gratæ
mentis testimonium
Dico offeroq;

Johannes Lindener.

Disputatio VIII. ad lib. 2. tit. 15.

Respondente

JOHANNE Lindener / Fribergâ-Misn.
DE TRANSACTIONIBUS.

Quæstio I.

AN Transactio sit species pacti? ¶ Affirm. Wesem. n. 2.
b. n. 1. & in par. Cod. h. t. pr. ibi: transactio pacti in genere
sumti species est, ita ut per pactionem tanquam genus
saum definiri possit. Tr. cum alleg. 1. d. 7. th. 1. Delrio ad
l. 18. C. h. in præmiss. nu. 6. vel etiam per Conventionem
Bocer. 2. d. 20. th. 1. C. l. A. b. tb. 4. & s. ¶ Negant autem Bachov. ad
Treutl. d. loc. ibi: genus hoc transactionis non probamus, sive pactio su-
matur in genere, sive in specie &c. Negant &c alii, qui per contractum
definiunt. Wesenb. b. n. 2. ubi videtur sibi contrarius, ut & in f. b. t. n. 5.
ibi: ideo in contractibus obligatoriis, ut est transactio: & consil. 31. nu. 16.
Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 14. nu. 65. ¶ Alii distinguunt, ut
transactio modò sit contractus, idq; tūm demum, cum aliquid da-
tur ut à lite discedatur: aut à lite disceditur, ut aliquid detur: modò
sit pactum, quando scil. aliquid tantū promittitur, ut à lite di-
scendatur. Cujac. 10. O. 30. Bercholt. b. c. 1. nu. 4. ¶ Enimvero quem-
admodum obligatio & modi obligandi, donatio & causæ donandi,
emancipatio à modis emancipandi, nuptiæ seu matrimonium à
modis contrahendi matrimonii, distinguendæ sunt: Ita hoc quo-
que loco transactio & causæ transactionis sunt separandæ: Trans-
actio in se considerata nihil aliud est, quām decisio l. 1. b. t. l. 17. 19.
C. h. l. 46. de R. V. l. 3. §. 1. ad L. Falcid. seu diremtio rei controversæ &c.
(cujus summum genus è l. 19. de V. S. constitui potest, actus) ac
per illam tanquam causam internam rectè definitur transactio, id-
que genus omni transactioni & semper competit G. Franzkius in

30.
Disputatio VIII. ad lib. 2. tit. 15.

par. h. Causæ autem externæ sunt vel pactum nudum *ut in l. 2. h.* vel contractus, modò nominatus, ut stipulatio *l. 3. 6. 28. 33. C. h.* modò innominatus, ut si absque stipulatione creditor iitem remittenti aliquid daturum se vel facturum quis promittat. *l. 21. C. de pact. l. 17. C. comm. utr. jud. &c. v. C. I. A. h. t. th. 26.* Hinc in legibus hæc sæpè tanquam causa & effectus distinguuntur *l. 27. pr. ibi: de lite pacto transactum est. ff. de inof. testam. l. 21. ibi. transactionis causa probare posse intercessisse conventionem. C. de pact.* Iterum ratione finis & effectus transactio aliquando dicitur distractus, non quod in se & in forma sua distractus sit, sed quia eum finem & effectum habet. Sed hæc definitionem non ingrediuntur: definitio enim per effectus concepta non est bona. Br. & alii in *l. 1. de appell.*

2. 4. Q. 2. An Procurator possit transigere? Disting. Autor inter *Procuratorem in rem suam*, qui omnino potest transigere, *per text. alleg.* (Ratio est; Quia is cui cessa est actio, in propria magis causa, quam aliena transigere videtur *l. 9. C. h. t. & loco Domini habetur. l. 13. in fin. de pact.*) & inter procuratorem in *rem alienam*, eamq; vel singulam aut singularem, ut puta ad unam iitem exercendam, vel unum aliquid negotium gerendum: vel ad *rem universam*: Prior ille iterum vel speciale ad transigendum mandatum habet, & itidem rectè transigit. *per text. alleg.* vel generale tantùm mandatum habet, ad unam aliquam rem gerendam, exercendam peragendamve, & is nequaquam transigere potest *l. 7. C. h. t.* Mandato enim generali non continetur transactio decidendi causa *l. 60. de procur.* uti nec mandato indefinito *l. 13. de pact.* licet insuper liberam agendi potestatem habeat, quorsum allegat *Wesenb. l. 63. de procur.* hoc enim verbum non novam aut ulteriore potestatem adfert, sed actum tantùm declarat, quod sc. illud negotium, quod ipsi commissum est, ad præscriptū modum sine ultero mandato liberè possit peragere *v. C. I. A. de procur. th. 10.* & potest nihilominus ei dici, aliud fecisti, quam quod mandatum est, ut *habet textus l. 19. de jurejur.* & fines mandati excessisti *l. 10. C. de procur. l. 7. C. h. t.* Denique procurator ad *rem universam*, ad *omnia bona datus*, qui totorum seu omnium bonorum dicitur, seu *universalis*, rectè etiam

107

Disputatio VIII. ad lib. 2. tit. 15.

etiam transigit: quam ad rem solet allegari, (quam auctor in hoc membro repetitam vult,) l. 17. §. ult. de jurejur. ubi prima, secunda & ultima propositio fundamentum habere videtur: facitq; eximiè oppositio sequentis. l. 18. & 19. Item oppositio quæ est inter l. 18. & seqq. de procur. l. 9. §. 4. de A. R. D. maximè omnium l. 12. de pactis. Atque hoc sensu Auctorem nostrum h. loc. intelligit & allegat etiam Hunnius cap. 2. de transact. exerc. I. p. 57. ¶ Enimvero non planè idem tradit gl. ab Auctore hī laudata in l. 7. C. b. t. Ubi procuratori tribus casibus transactio permittitur: Si habeat speciale mandatum; vel si liberam; (sc. administrandi potestatem habeat) vel si sit in rem suam: quam eandem sententiam etiam retinet Pacius in comment. ad d.l. 7. C. ibi: tribus casibus transactio à procuratore facta valet: (1.) si habeat mandatum speciale ad transigendum: (2.) si habeat mandatum generale cum libera administratione (quod tamen Auctor noster negat) (3.) si sit procurator in rem suam datus. ¶ Nisi Auctor non tam gloss. primam quam additionem Pauli glossatoris intelligit, quæ hoc concedit, si procurator habeat liberam administrationem *omnium bonorum*, vel saltem *totius cause*: Secus autem si tantum liberam potestatem *litis alicuius exercendæ* habeat. ¶ At enim neutrum satis probare videatur Wesenb. non inquam illud quod dictum est, universorum bonorum procuratorem transigere posse: nam immo allegata l. 63. de procur. id ipsum negat: neque etiam *quod alterum est*, de procuratore generali cum libera, sed de procuratore totorum bonorum loquitur. ¶ Itaque consideranda venit alia distinctio glossæ ad l. 63. de procurat. inter procuratorem hunc ipsum, totorum inquam bonorum, an is liberam simul habeat administrandi potestatem, vel non: ut priore casu alienare & per consequens etiam transigere queat, per l. si liberam 10. C. quod cum eo qui in al. potest. l. 41. §. 1. de R. V. l. 8. de proc. l. 9. §. 4. de A. R. D. §. 4. I. de R. D. Postiore non possit l. 63. de procurat. l. 1. §. 1. de off. procur. Cæs. in qua distinctione acquiescunt etiam Costal. ad d. l. 58. Pacius 2. Enantioph. 47. Bronchorst. cent. i. assert. 51. & alii allegati à Forstero tr. de pactis c. 5. p. 137. ¶ Sed & ea distinctio, prævia autoritate Eguinarii Baronis, Duarenii, Donelli, Gifanii, & aliorum rejicitur in tyrocinio Legali seu

Disputatio VIII. ad lib. 2. tit. 15.

disputatione de Transact. sub Præsidio Incomparabilis Antecell-
soris nostri Justi Meieri Anno 1609. habita th. 5. q. 5. circa fin. quam
thesin ut & totam disputationem ad verbum penè transcripsit E. R. R.
Misnicus in disputatione sua inaugurali B. Anno 1616. habita, th. II.
& prolixius refellitur in C. I. A. tit. de procur. th. 7. & seqq. Qua de re
videbimus, disputat. 10. quæst. 1. Interim, ut componamus duo ista
decisionis Wesembelianæ membra, dicimus, in controversia etiam
ista non tam ad verba, quam ad voluntatem mandantis esse respi-
ciendum & nec in generali mandato, ne quidem universa bono-
rum administratione mandata, alienandi aut transfigendi faculta-
tem per se venire, d. l. 36. sed tantum per accidens; si scilicet aliæ res
corruptioni obnoxiae fuerint adeoque servari nequeant d. l. 63. in
fin. aut casus necessitatis transactionem, juramenti delationem,
vel pactionem postulet Bachov. i. disput. 25. th. 5. lit. c. & i. disput. 7.
th. 2. c. Cæterum si libera addita sit facultas, tum ea vel ad declara-
tionem tantum voluntatis pertinet (declarative positam esse for-
mulam apparet:) ut scilicet quis liberè, nomine impediente, nec ex-
pectatâ Domini præsentia aut ulteriore mandato rem mandatam
possit peragere; & tum hâc voce nihil aliud confertur, quam quod
mandato exprimitur l. i. §. 1. ibi: neque enim tales usquequaque habent
liberam administrationem. ff. quæ respign. vel hypoth. datæ obligari. l. 8.
§. 5. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. vel ad amplificationem potestatis
procuratoris (extensivè pos. app.) ut scilicet non tantum præscripto mo-
do gerere possit, sed & quoque visum fuerit modo meliore, cuius-
modi species est in l. 60. §. 4. mandati, & ita etiam exaudiri fortè potest
l. 58. collata cum l. 60. de procur. §. 43. ubi Dn. D. Locam. I. de adq. rer. dom.
Hi enim demum usquequaque liberam administrationem habere
videtur. d. l. 1. §. 1. Quod tamen non ex voce ista, libera; sed ex men-
te ac voluntate amplioribus verbis à mandante declarata, definien-
dum est, uti d. Donell. 4. com. 15. post. med. facit d. l. 1. §. 1. ibi. facti ta-
men quæstio est, si queratur quoisque eius permisum videtur, conf. Quæst.
1. disp. 10. Denique hoc ipsum etiam de transactione propriè dicta
intellectum volumus, quæ scilicet rei dubiæ & litis incertæ: Nam
ut vel talis quoque procurator certâ litem, quam testibus aut instru-
mentis probare possit, remittat atque ita donet & profundat, nul-
latenus

latenus permittendum est, l. 12. C. h. t. l. 7. de donat. W. e. f. h. n. s. Ut cun-
que enim plenè his potestas administrandi data sit; tamē & ipsa hæc
potestas benè & ex fide gerendi conditionē includit d. l. 60. in fin. &c
mandatum omne & semper bonam fidem exigit, Pacius ad d. l. 7.

Q. 3. An Procurator fisci, (ut Autor hīc ait,) seu n. 4.

Cæsaris, transigere possit? Aff. Auctor h. modò non donet aut
alienet, h. c. ut in d. tyrocinio proponitur, modò rem retineat. d. th. s. P.
Gregor. 28. Syntag. c. 2. n. 24. sive ut Treutl. cum suis habet i. disp. 7. th. 2.
C. modò rem Cæsaris transigendo non alienet: At alii simpliciter negant,
transigere eum aliter posse, quām si accedat speciale Principis jū-
sum: post Bald. & Castrens. A. Faber in l. 13. h. t. C. I. A. h. th. 8. fin. Bocer.
clas. 2. disp. 20. nu. 6. quod liberam bonorum administrationem adeoque
alienandi potestatem non habeat l. 1. §. 1. de offic. procur. Cæsar simplici au-
tem commissione administrationis bonorum, non contineantur ea, quæ spe-
ciale mandatum desiderant; qualia sunt transactio juramentum & alie-
natio bonorum. Sichard. ad l. 7. C. de transact. ¶ Interest an de pote-
state transigendi queratur ab initio, & tum verius est, nullo modo
procuratorem Cæsaris transigere posse. d. l. 13. ita sc. ut parti adversæ
inde actio vel exceptio queratur: An ex post facto, postquam rem
benè gessit, ad eum effectum, ut transactio à principe tanquā vali-
da possit acceptari, nec ab adversa parte retractari: & tum quia man-
dato ejus continetur, ut quo'libet cunque modo evidenti meliorem
rem principis faciat, dicemus transactionem sustineri, l. 1. §. 1. de
offic. procurat. Cæsar. Bachev. 1. d Tr. 7. th 2. C. Forsan etiam à tempo-
re addenda erit distinctio: sub nonnullis enim Imperatoribus pro-
curatorum istorum potestas fuit modica & valde adstricta, sub
nonnullis laxa & sub Claudio etiam Principi ipsi & Legibus adæ-
quata, vide Tacit. 12. Annal. 60 conf. l. defendant. 21. de aut. & constat.

Q. 4. An Vasallus (intellige sine domini & agnato-
rum consensu, uti questionem hanc format ipse W. esemb. cons. cod.
70. incip. super hæc transactione nu. 13.) super feudo transi-
gere possit? Auctor iterum affirnat, modò ex transactione feu-
dum non alienet. Non enim prius sed posteriorius ipsi est prohibitum v.
Eund. d. cons. nu. 13. in verbis: quando vasallus non alienavit vel trans-
stulit

Disputatio VIII. ad lib. 2. tit. 15.

stulit feudum transigendo; sed apud possessorem qui cum altercabatur,
reliquit, Nec enim alienat qui (prælatum excipio) ex causa transactionis
rem apud possessorem relinquit l. si pro fundo. C. de transact. conf. eund.
cap. 11. de feud. nu. 7. eandemq; sententiam propugnat. Treutl. cum alle-
gat, i. d. 7. th. 3. d. adde Philip. Matthæi vol. 2. consil. Marpurg. 26. n. 171.
Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 26. tit. 4. nu. 17. Marescot. lib. 2.
yar. resolut. cap. 91. nu. 3. Morlam in empor. jur. p. 1. tit. 4. quæst. 3. nu. 9.
Mager. de advocat. arm. c. 6. nu. 221. Quod si autem transigendo
transtulerit feudum, tum v. aliqui transactionem utpote in effectu
alienationem, omnino non subsistere: Bl. Isernia Alvarot. Clar. Curt.
Schneidevv. & alii allegati à Rosenthal Synops. feudal. cap. 9. membr. 1.
conclus. 21. nu. 3. Alii transigenti Vasallo, non etiam Agnatis aut
Domino eam præjudicare tradunt. Rosenthal. ipse d. loc. nu. 4. 5. &
seqq. mem. 2. concl. 77. nu. 12. Sonsb. de Feudis p. 12. nu. 97. Quia res in-
ter alios acta aliis non præjudicet t. t. C. ne res inter al. act. l. 3. h. t.
¶ Enim verò quicquid tandem alii distinguant, verius est nihil aliud
spectandum esse in transactione, quam an bona fide, an vero fra-
duleter & in captionem domini aut agnatorum facta sit, per text.
2. F. 43. ibi: dummodo fraudulenter actum non sit 2. F. 26. §. si Vasallus de
benefic. ibi: nec quod accepit transactionis nomine: Gotthofr. Anton. disp.
feudal. 9. th. 2. lit. e. Bachov. ad Treutl. d. loc. Arumæus disp. feudal. 7. q.
9. ubi rationes dissentientium refutat. Dn. D. Finckelthusius disput. 9.
controv. feudal. 13. Munrot. 2. F. 51. nu. 4. qui docet Feudistam in opposi-
tis capitulis verba facere de alienatione voluntaria non de necessaria: de
qua h. loc. quæstio sit. Rüdinger. lib. 1. quæst. feudal. 8. Vngepaur. in suis
prælectionibus ad tit. de transact. c. 5. de personis transigentium circa fin-
ubi à regula alienationis prohibita, causam transactionis hic exceptam
esse, respondet.

adhuc
cod. n.

Q. 5. An Pater de bonis liberorum, quorum admi-
nistrationem habet, (quo nomine excluduntur non tantum
bona emācipatorum. l. 10. h. t. sed & in potestate positorum bona
castræ & ea adventitia, quæ plena proprietate ad filium
spectant l. 7. C. de bon. quælib. horum enim filius ipse liberā ha-
bet administrationem l. 15. §. 4. de pecul. Nov. 17. c. 1.) transigere
(voce

109

Disputatio VIII. ad lib.2. tit.15.

(voce iterum propriè sumta, ut ab initio statim donatio aut dilapidatio excludatur) possit? Affir. Welenb. h.n.4. circa fin. maximè ex causa necessaria Gail.2. O.27. num.14. qui communem esse testatur. Negat autem contra Wesemb. nominatum Treutlerus 1. disp.7. th.3. lit.B. nisi forte in iis causis, in quibus, patri illa bona alienare licet. Bocer. cl.2. disp.20. n.11. C.I.A. h.th.10. fin. ¶ Initio sciendum est, nos in quæstione formanda intelligere administrationem vel plenam & conjunctam cum usufructu: vel eam etiam, cùm adminto usufructu, nuda administratio Patri relicta est v. H. Pistor. 4. q.11. nu.9. Berlich. decis.138. & 140. Priore casu, aut transactio concernit solum Patris usumfructum & de eo pater etiam absque consensu filii potest transigere; aut simul afficit proprietatem: & tum filii consensus, nisi in pupillari adhuc ætate sit, requiritur: Renneman. disp.1.colleg.jur. Erf.th.1 n.15. Posteriore iterū distinguimus, an liberus ejus ætatis & intellectus sint, ut judicium & cōsensum suum interponere transactioni possint vel non: Hoc casu parentibus de bonis liberorū, quæ administrant transigere, h.e. bona fide de causa dubia l.12.C.h.t. transigēdo, dare etiā vel remittere; etiam rē immobilem, sine ulteriore decreto, integrū est: *Ne plus sit juris tutori quam patri: Bachov. ad Treut.d.th.3. pr.* Anteriore casu consensus liberorum requiritur, d.l.ult. §.3.C.de bon. quæ liber. Confer. Ar.Pinellum ad l.1.C.de bon mater. part.3.n.44. Pacium lib.2. Method. tit.4.c.4. Attamen filio sine justa causa consensum denegante, etiam absq; ejus consensu transactio valebit. Renneman. d.loc.n.17. ¶ Negat equidem rationem hujus consequentiæ, Hunnius c.2. de trans. Exerc. 5. p. 94. sed imperitè: Nam quod (1.) ait, plus periculi & præjudicii continere actionum exercitionem, quam transactionem: quoniam fieri facile possit, ut Pater agendo totam perdat causam: At in transactione non totam perire, quippe quod ea nō procedat, nisi aliquo dato vel retento. Id, inquam, falsum est, quia agendo nemo jus suum deterritus constituit l.nemo.87. de Reg. Iur.l.29. de Novation. Quod transigendo fieri potest haud dubiè: Et exceptio transactionis non tantum pro parte l.9.pr.h.t.sed & in solidum datur; si nimis. de universa re transactum sit l.12.h. Quod autem (2.) argumentatur: Durum esse ut pater pro lubitu filii cogatur in transactione sumptus facere

O

(quo-

Dissutatio VIII. ad lib. 2. tit. 15.

(quomodo eos in agendo facere tenetur. d. l. 10. §. 3. C. de bon. quæ liber.)
& simul periculum amissionis rei subire: Illud nec dupondiis per-
suaserit, eosdē dico sumtus, aut ullatenus æquabiles in transactione
requiri, quos in actionibus exercendis, plerique omnes experiu-
ntur: Cum & pacto solo & stipulatione & sine scriptura l. 5. C. h. t.
& sine actis l. 28. C. h. t. atque judice l. 1. §. 1. test. quem. aper. N. 124. c. 4.
transigi possit: quis autem litium semel ceptarum divergia igne-
rat? Deinde statum mutat, cum patrem invitum etiam ad transi-
gendum cogi infert. Denique periculum ipsius, filio consentien-
te aut nullum est, aut non attendendum: Et verecunda cogitatio
Patrii lites execrantis etiam hīc non est vituperanda. l. 4. §. 1. de al.
jud. mut. causa. Caccialup. de transaction. §. septimō videamus. vers. 4.
Sotomajor. de usufruct. c. 3. nu. 10.

¶. 7. Q. 6. Quæ sit ratio l. 39. C. h. t. quod sc. in transactione pœni-
tere non liceat? Doctores, imprimis ii, qui transactionem contractibus
innominatis annumerant, speciale hoc esse in transactione dicunt, odio li-
tium, ne instarentur: *Pactus in comment. Cod. ad d. l. 39. ubi alteram ratio-*
nem addit: quod tu non possis rescindere transactionem, quasi causa non secu-
ta: nam hoc ipsum, quod à lite discessi & videatur causa esse l. in summa. 65. §. 1.
de condic. indebiri T. c. ¶ Alii in transactione speciale id esse dicunt, favo-
re liberationis l. ob causam. 10. de prescr. verb. sed Bartolus eam rat. in d. l. 39.
C. refellit per l. 4. & 10. de condic. ob causam. ¶ Wesembecius nullam
hac in parte differentiam inter transactionem & alios contractus innomina-
tos agnoscit, sed rationem in implemento ab utraque parte interveniente
vel non interveniente ponit; quo casu nec in transactione, ut nec in reliquis
contractibus innominatis sit locus. ¶ Alii & hoc notant, peccare Dd. quod
hāc in re nominatos contractus ab innominatis putent dissidere: cū ta-
men in nullo horum per se pœnitentiæ locus sit, sed tantum ex accidente, &
ex parte ejus, qui contractum implevit. ¶. Enimvero jam supra ostensum
est, transactionem in se consid. nec pactum, nec cōtractum propriè dici posse:
Frustia ergo hæc differentiæ ratio in disquisitionem vocatur: At Wesen-
differentiam non tollit: in transactione enim nullo casu pœnitentiæ locum facit:
nō, inquam, si ambo impleverint, (quod clatum est) nēc si unus tantum: tunc
enim alter dummodo possit, recusare impletionem & pœnitentie nullatenus
potest: Quod si impletionem præstare nequeat, tunc ea non voluntatis sed
potestatis erit quæstio: Et alter ille qui impleverit, non tam volens quam in-
itus desistere potest videri. ¶ Simplicius itaque ratio ponitur in illa pu-
blica utilitate, qua lites & earum causas resuscitare fas non est: atqui per
transactionem deciduntur lites. E. inde fieri dicendum est, ut lites trans-
actione finitas restaurare non liceat: Atque in hac ratione, rejectis aliis, etiam
acquie-

110

Disputatio VIII. ad lib. 2. tit. 15.

Acquiescit Bartolus in d. l.39. C.I. A. b.t. th.34. vers. unde: Sid. Donell. ad l. 22. C.h.t. Caterum quia de tota hac materia, Pænitentia Iuridica, quatenus sc. in actibus, contractibus & delictis pænitere liceat, propediem tractationem succinctam & novam proposituri sumus huic & aliis materiis supplendis, ideo hic plura addere supersedemus.

Q. 7. An beneficium L.2.C. de rescind. vend. ad transactionem n.ult.
quoque extendi possit? Pragmaticorum nostra ætate famosissimus, in eo omnes Dd. malè loqui arbitratur, quod remedium d.l.2. ad transactionem trahant: hanc enim questionem omnino esse superfluam & inanem, utpote peculiari constitutione l.5.C. de dolo mal. decisam ita Berlich. 2. conclus. 42. n.6. ubi rationes ipsius & idem possunt. ¶ Enimvero non putandum est, tam inadvertentes fuisse tot sacerdorum retro-Iuris Interpretates, ut sine ulla dubitandi ratione hanc questionem moverint, contra l.1. in fin. ad Municip. l.27. f.de testam. &c. Nam ut Wes. hic tradit (1.) d.l.5. de lesione minoris, quomodo sc. filiae minorenni immodec læsa succurratur, agit: ibi: rebus tuis per legit. tutor. admin. &c. Pacius in analys. d.l.5.n.8. questione autem ista de lesione majorum. 25. annis, concepta est: de qua d.legem. 2. agere argumento est. l.si quis major. 15. cum l.8. C.d.t. Cujac. in comment. ad l.2. C.de resc. Vend. pauculo post pr. (2.) d.l.5. etiam de dolo ex proposito à Patre transigente commisso arg. Verbor. final. non de dolo incidente: Hunnius tr. de transf. cap. 5. Exercit. 8. p.482. loquitur. Nam alioquin si minor 25. annis rem suam jure vendidit & iliore pretio, etiam si ea lesio non superet dimidiam justi pretij, constat ei subveniri ex causa per restitutionem in integrum l. si quid. II. (ita eniū legendum est ap. Cujac. d.lo.) de prad. & al. reb. minor. Questione ergo superest, quid si dolus re ipsa contingat, res ipsa in se dolum contineat, arg. l.8. de publiciana in rem actione: ita ut nec transigentes eam sentire possint; nec is, qui lucrunt ex eo percipit, id dolo suo, sed inadvertentia ejus, quo cum cōtrahit, debeat: An, inquam, tum & què ut in bonæ fid. judiciis per d. l.2. propter lesionem immodecam, transactio sit rescindenda? Dom. Arumeus d.sp. 3. ad l.2. C. de rescind. vend. th.21. Etenim propter solam istam lesionem, actionem de dolo non posse competere probat l.interposita. 13. C. de transact. ubi glos. adde l.dos. l.20. C. de rescind. vend. C.I. A.b. th.34. Ant. Merenda 6. controversial. 21. nu. 17. ubi nu. seq. 18. post Paulum Loriotum axiomate. 91. de pactis. & Ar. Pinell. de resc. Vend. pag. 1.c. 4. n. 23. docet, quod in d.l.5. dolosè pater cum filia egerit, colligi non tam ex eo, quod pater filie hoc ipsum, ut sc. transigeret, persuasit: quod non obscurè indicet illa verba: bona fide transegisti, que frustra posit a fuissent, nisi significarent, filiam fidem patris secutā, transegisse: Id quod patris dolum manifeste arguat: Quis enim à dolo poterit excusare patrem, qui paterna autoritate utitur, ut filiam ad transendum intenciat? Adde (3) quod insignis hujus inquisitionis usus eluceat in tempore seu duratione hujus remedii: si quidem actio de dolo biennio, l.ult. C. de dolo malo, ubi Wesenb. in par. ff. n.8. actio ex contractu in d.l.2. longè diutius durat. l.3. C. de pref. 30. vel 40. ann. Quid quod (4.) ex veriore sententia plane negandum est, in casu transactionis re medio l.2. locum esse: & imò rejectis ferè aliorum distinctionibus & Bachov. i.d.7. ih. ult. C. statuendum, transactionem à majoribus bona fide ini-

Disputatio VIII. ad lib. 2. tit. 15.

tam, ob immodicam læsionem non rescindi: rationes prolixè exsequitur & Merenda d. lo. sc. per l. 65. pr. D. de condict. indebiti. l. 6. C. de jur. & facti ign. l. 23. C. de transact. l. 5. §. 1. de jurejurand. & alias plerasq; in vulgo noas: nisi quod obseruat Dioclet. & Maximinianum, diligentissimus ambiguitatum quæ ex iure oriuntur, explanatores, interrogatos an laesio ad infringendam transactio- nem allegari posse, negativè semper respondisse, nulla facta distinctione, an la- esio enormis vel enormissima esset, inspecto dubio litis evenitu & c. ut est l. 13. 19. 23. 29. l. 33. C. h. t. l. un. C. de errore calculi. l. 13. C. de furt. l. 21. C. de solut. Addo quod transactio sit rei incerta & dubia l. 1. b. at in re incerta nulla laesio allega- ri potest. l. 11. C. h. l. 17. C. de usur. Hæc q; sententia ut in consiliis, tam veter- rum Fr. Aretin. cons. 39. circa pr. vers. ex quo non docetur. Socin. Iunior. in con- sil. 129. n. 4. quam recentiorum Menoch. cons. 401. n. 184. Fichard. 2. consil. 31. n. 8. ipsius Wesenb. 1. cons. 47. nu. 54. ita etiam in sententiis Cameræ. Gail. 2. 0. 70. Gilman. t. om. 1. symphorem. part. 3. vot. 16. nu. 21. & tom. 4. part. 1. vot. 14. nu. 110. & Reipub. nostræ, Anno 1631. in causa H. G. contra C. W. Pr. ferè recepta est. Quod enim ab aliis objicitur 1. consil. Argentin. 72. nu. 6. non lo- quitur illud in terminis transactionis, sed renunciationis hereditatis: ut & consil. 3. vol. 2. nu. 136. & consil. 51. nu. 11. & 12. quando & de transactione qua- ritur, tūm u. Negativa omnino Dn. Consulētibus illis probatur. vid. consil. 1. vol. 2. nu. 107. ibi: verius est & receptius, enormis læsionis pretextu, transac- tionem, litium diminuendarum favore, non rescindi. ¶ In Curis autem Saxonie N. E. A. p. 2. const. 34. haud dubiè ex consilio etiam auctoris nostri, G. Berlich. d. loc. n. 9. Marchia. & Schepliz. in prompt. Iur. tit. 14. §. 16. fol. 354. Würtenbergiæ Fürst. Würtemb. Landrecht. p. 2. t. 22. §. fin. ubi Plebst. th. 227. vel ad rescissionem transactionis, vel residui supplementum agi potest. Quia sc. æquitatis in singulis respectus prævaluit & publicam illam, finien- darum litium, rationem, vicit; contra quam Tacitus suadet 14. Annal. 44. & Iason. Thessalus apud Plutarch. in Polis. jubet: ὡς ἀνωναῖος ἀδικεῖται μηδέ τε βελομένος τὰ μεράδα δικαιοπεγεῖν. ¶ Hæc tamen sententia forsitan eo casu magis admittenda erit, quo ex conditione rei & qualitate causæ manife- stum fieri possit, quod duplo plus remissum quam acceptum sit; & quod transacturus non fuisset, si commoda & merita suæ causæ, quamvis sibi du- biæ, tamen alii prudentiori, saltem pro parte dimidia certæ, non ignorasset: idque arg. d. l. 5. C. de dol. mal. Ampliſ. Dn. D. Locamerus in Disp. soleuni de resciſ. Vend. th. 28. ubi tamen additur: quia hoc rariū in facto contingit. l. 51. de pecul. ideo & variorem hujus remedij usum in ea futurum. arg. l. 30. de te- stam. tutel. Qui imò nullus erit, si causa existenda litis (licet ea revera nullæ saherit:) transactio inita & datum aliquid fuerit. fac. l. 2. C. de transactionib. l. 65. §. 1. de condict. indeb.

SELE.

X 2615926

VDA 17

B.I.G.

Farkkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



ARVM 105
QVÆ 44
UM

rum Wesenbecii in-
tarum

IO VIII.

DIO

onsultissimi,

ONIS TABORIS,

ima inclytæ Reipubl. Ar-
ris Publici, Patroni, Affi-
servantiæ & Amoris
olendi,

/ Freibergå-Misn.

orum

j

eridianis

ITA.

ORATI,

Ledertz.

XVII.